



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum veniale peccatum possit mortale fieri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

secundum se prout est in termino motus, id est cor rumpi, & nunc primo corruptum esse: sicut idem est illuminari & illuminatum esse. Quādo autem primo corruptū est aliquid, tūc nō est, vt dicitur in 8. Phys, & ideo quando charitas corrumpitur, non est.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ inordinatio simpliciter tollit ordinationem charitatis simpliciter. q̄a attingit animam secundū superiōre partem: & inordinatio secundū quid, tollit secundum quid ordinationem charitatis in aliquo actu, prout ordo charitatis a superiori parte animæ ad inferiores deriuatur. sed de ipsa charitate secundum q̄ est in suprema parte, nihil diminuit, sicut nigredo, quæ est in pede nihil dimittit de albedine, quæ est in capite.

AD NONVM dicendum, q̄ ex multis peccatis venialibus potest causari aliquis habitus: sed ille habitus nec tollit nec dimittit charitatem, quia nec in eodem est, nec circa idem.

AD X. dicendum, quod peccatum veniale cum non importat auersionem proprie loquendo, nō habet rationem offensæ.

AD XI. dicendū, q̄ aliquis procedit in vita Dei, nō solum quando ipsa charitas augetur in actu, sed q̄si disponit ad augmentum charitatis. Sicuti puer non actu crescit toto tempore augmenti: sed quandoq; crescit in actu, quandoque disponitur ad augmentum: & similiter aliquis retrocedit in via Dei, nō solum per diminutionem charitatis: sed etiā per hoc quod retardatur a proficiendo: vel etiam per hoc, quod disponitur ad casum, quorum vtrumque fit per veniale peccatum.

AD XII. dicendū, q̄ amor qui ad multa diffunditur, secundū rationē eandem diminuitur: sed diffusio amoris secundum vnam rationem, non dimittit amorem qui est secundū aliam rationem. puta, si aliquis habeat multos amicos, nō p̄pter hoc minus diligit siliū vel uxore: sed si amaret multas uxores, minueretur amor qui est ad vnam: & si haberet multos filios minueret amor, qui est ad vnigenitū. per peccatū autē veniale diffunditur amor hominis ad creaturas, non secundum rationem finis prout amat Deus: & ideo nō diminuitur amor ad Deū in habitu: sed forte in actu.

AD XIII. dicendum, q̄ per peccatum veniale cadit non quidem a charitate ipsa, vel a perfectō gradu charitatis: sed ab aliquo charitatis actu.

AD XIV. dicendū, q̄ veniale nihil diminuit de gloria: sed solum retardat consecutionem gloriæ: & similiter nihil diminuit de charitate: sed solum retardat actum & augmentum eius.

AD XV. dicendum, q̄ aliqua impediunt perfectiōnē vel actum sanitatis, quæ tamen non dimittunt sanitatē: sicut aliqui sunt cibi difficile degestibiles in quantum impediunt facilem digestionem.

AD XVI. dicendū, q̄ actus p̄t diminui dupliciter. Vno modo, quantum ad facilitatem agendi, vt. s̄ho mo non possit t̄m agere, & sic quod diminuit actū, diminuit principū actus, quod est forma. Alio modo, quantum ad executionē actus, & sic nō oportet q̄ id, quod diminuit actum, dimittat formā. Non enim diminuit grauitatē lapidis columnæ, quæ retinet ipsum ne cadat deorsum: nec diminuit virtutē gressuū hoīs qui ligat ipsum. & per hunc modū veniale diminuit actū charitatis: non autē primo mō.

AD XVII. dicendū, q̄ feruor p̄t accipi dupliciter. Vno modo, secundum quod importat intentionē inclinationis amantis in amatum, & talis feruor

A est essentialis charitati, & non diminuitur per veniale peccatum. Alio modo, dicitur feruor charitatis secundum quod redundat in motus dilectionis etiā in inferiores vires, & quodammodo non solum cor; sed etiam caro exultet in Deum. & talis feruor diminuitur per veniale peccatum, absque diminutione charitatis.

ARTICVLVS III.

Vtrum peccatum veniale possit fieri mortale.

TERTIO, queritur, vtrum p̄m veniale possit fieri mortale. Et videtur quod sic. Dicit enim Aug. super Io. exponens illud, Qui incredulus est filio, non videbit vitam, plura peccata minuta si negligantur, occidunt. Sed ex hoc dicitur aliquod peccatum mortale, quod occidit spiritualiter. ergo plura peccata minuta, id est, venialia faciunt mortale.

¶ 2 Præt. Super illud Psalmi, Multiplacati sunt super capillos capitis mei, dicit glossa Aug. Virasti graua, caue ne obruaris arena. Per arenam autem intelliguntur peccata minuta, scilicet venialia. ergo multa peccata venialia obruunt vel occidunt hominē, & sic idem quod prius. Sed dicendum, quod multa venialia dicuntur occidere vel obruere, in quantum disponunt ad mortale.

¶ 3 Sed contra. Aug. dicit in regula, quod superbia bonis operibus insidiatur vt pereant, & sic etiam videtur quod etiam bona opera sint aliqua dispositio ad peccatum mortale: sed tamen non dicuntur occidere vel obruere. ergo nec peccata venialia, ratione prædicta possunt dici obruere vel occidere. Videtur ergo quod per se veniale fiat mortale.

¶ 4 Præt. Veniale est dispositio ad mortale: sed dispositio fit habitus secundum Philo. in Prædicamentis. ergo veniale fit mortale.

¶ 5 Præt. Motus sensualitatis est veniale peccatum: sed adueniente consensu rationis fit mortale, vt patet per Aug. in li. de Tri. ergo veniale peccatum potest fieri mortale.

¶ 6 Præt. Contingit in ipsa ratione superiori esse aliquem motum infidelitatis ex surreptione, qui est peccatum veniale. Consensus autem superueniens non destruit essentialitatem prioris motus, qui erat veniale peccatum: & tamen facit peccatum mortale: ergo veniale potest fieri mortale.

¶ 7 Præt. Peccatum veniale & mortale, quandoque differunt secundum diuersos personarum gradus. Dicitur enim in decre. Dist. 25, quod non concordare discordes est peccatum veniale laico: sed episcopo videtur esse peccatū mortale, quia propter hoc degradatur, vt videtur dist. 53. Persona autem inferioris gradus potest transferri in superiorem gradum. ergo peccatum veniale potest fieri mortale.

¶ 8 Præt. Secundum Christo. risus & ioculatio sunt peccata venialia: sed risus fit peccatum mortale. Dicitur enim Prou. 14. Risus dolori miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. glo. perpetuus, qui tamen non debetur nisi peccato mortali. ergo veniale peccatum potest fieri mortale.

¶ 9 Præt. Quæcūq; non distinguunt, nisi p̄ accidens, vnum p̄t fieri alterum: sed veniale & mortale non distinguuntur nisi per accidens. Ea. n. quæ per se distinguuntur non transmutantur in inuicem: veniale autē & mortale in inuicem transmutantur, quia nihil adeo est veniale, quin fiat mortale dū placet: & similiter omnis culpa mortalis per cōfessionem fit venialis. ergo veniale peccatū potest fieri mortale.

¶ 10 Præt. Minimū bonum per accessum ad Deum, fit ma-

Tracta. 22. in Ioan. non p̄t a fine. & Tracta. 1. in can. Ioan. parum ante mediū, tom. 9. Psalm. 29. tom. 8.

In 3. regula cap. 5. to. 1.

In prædica. qualitatis non venore a principio tom. 1. 12. De trin. c. 42. tom.

Homil. 87. in Matth. a me dio tom. 3. Glo. interl. nearis ibi.

fit maximum: sicut motus liberi arbitrij per informationem gratiæ fit meritorius. ergo per recessum a Deo, minimum malum potest fieri maximum. Minimum autem malum in genere peccatorum est veniale, maximum autem est peccatum mortale, ergo veniale potest fieri mortale.

Lib. 4. profa
6. a medio il
lius.

¶ 11 Præt. Boet. dicit in lib. de Consola. quod peccata se habet ad animam, sicut languores ad corpus: sed minimus languor per augmentum potest fieri maximus, ergo minimum peccatum, scilicet veniale potest fieri maximum, scilicet mortale.

¶ 12 Præt. Ordines angelorum formaliter constituuntur per dona gratiarum: sed ordines Angelorum differunt specie. ergo & dona gratiarum specie differunt: sed per augmentum meriti alius quis qui primo merebatur assumi ad inferiorem ordinem Angelorum, postea meretur assumi ad superiorem. ergo minor gratia fit maior, licet specie differant. pari ergo ratione peccatum veniale potest fieri mortale.

¶ 13 Præt. Status innocentie non in infinitum excedit statum naturæ corruptæ: sed quilibet motus venialis in statu innocentie fuisset mortalis, ergo & modo in statu naturæ corruptæ veniale potest fieri mortale.

¶ 14 Præt. Magis differt bonum & malum, quam duo mala. scilicet veniale & mortale, quia bonum & malum differunt genere, duo autem mala in genere conueniunt. Bonum. n. & malum sunt genera aliorum, ut dicitur in Prædicamentis: sed eadem actio numero potest esse bona & mala; puta, cum seruus dat elemosinam cum murmure, ex mandato domini ex charitate præcipientis, ergo multo magis eadem actio numero potest esse veniale & mortale peccatum.

In postprædicam. in c. de opor. in fine illius tom. 1.

¶ 15 Præt. Peccatum est quoddam pondus animæ secundum illud Psal. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me, sed minimum pondus per additionem potest tam graue fieri, ut super virtutem portantis, ergo veniale peccatum per additionem, potest fieri mortale, & excludit virtutem.

Lib. 15. e. 13. præc. tom. 1.

¶ 16 Præt. Secundum Aug. 12. de Tri. talis est progressus in vnoquoque peccato, qualis in peccato primum parentum, ita quod sensualitas tenet locum serpentis, ratio inferior locum mulieris, superior vero ratio locum viri: sed non poterat fieri quod vir comederet de ligno vetito, quin peccaret mortaliter, ergo in superiori ratione non potest esse, nisi peccatum mortale. Quod ergo est veniale in inferiori parte, cum venerit ad superiorem fiet mortale.

¶ 17 Præt. Si habitus est dånabilis, & actus ex illo procedens dånabilis erit: sed in infideli nõ baptizato cui nõ est remissum originale peccatum, manet habitus primæ dånationis ad quæ pertinet corruptio somitis, ergo etiam primi motus ex tali corruptione proueniens sunt eis damnabiles, & peccata mortalia, qui tamen constat quod secundum se sunt peccata venialia, ergo peccatum veniale potest fieri mortale.

SED CONTRA, Ea quæ in infinitum differunt, non transeunt in inuicem: sed peccatum mortale & veniale differunt in infinitum. Nam uni debetur pena temporalis: alij aterna. ergo peccatum veniale non potest fieri mortale.

¶ 2 Præt. Ea quæ differunt genere vel specie, non transeunt in inuicem: sed veniale & mortale differunt genere vel etiam specie, ergo veniale numquam potest fieri mortale.

¶ 3 Præt. Vna primatio nõ fit alia, cæcitas. n. nõquam fit surditas, sed mortale includit priuationem finis,

veniale autem priuationem ordinis ad finem, ergo veniale numquam potest fieri mortale.

RESPON. Dicendum, quod ista questio tripliciter potest habere intellectum. Vno enim modo potest intelligi, utrum vnum & idem peccatum numerum quod prius veniale, postmodum possit fieri mortale. Secundo, potest intelligi, utrum peccatum, quod ex genere suo est veniale, possit aliquo modo fieri mortale. Tertio modo, potest intelligi, utrum mortalia peccata venialia faciant vnum peccatum mortale. Si ergo primo modo intelligatur, dicendum est, quod peccatum veniale non potest fieri mortale.

Cum enim peccatum, secundum quod nunc loquimur, importet actum malum mortaliter, oportet ad hoc quod sit vnum & idem peccatum numerum, quod sit vnus actus mortaliter. Est autem vnus actus moralis ex hoc, quod est voluntarius, & vnus actus moralis consideranda est secundum materiam. Contingit enim quandoque, quod actus est vnus numero secundum quod est in genere nature, tamen non est vnus secundum quod est in genere moris propter diuersitatem uoluntatis, puta, si quis vadens continue ad ecclesiam in prima parte intendat inanem gloriam, in secunda uero intendat Deo seruire. Sic ergo contingit quod in vnus sit vnus actus nature, quod in prima parte sit peccatum veniale, & in secunda peccatum mortale.

In istis in rãtas libidines excreseat, ut faciat opus peccati uenialis etiam in contemptum Dei, puta, hoc uerbum otiosum, uel aliquid huiusmodi: sed hoc est vnus peccatum, sed duo, quia non est vnus actus secundum genus moris. Si uero intelligatur quod secundum modo, sic dicendum est, quod id, quod est peccatum veniale ex genere, potest fieri peccatum mortale, non quidem ex genere, sed ex fine. Ad cuius considerationem est, quod cum actus exterior teneat ad genus moris secundum quod est voluntarius in actu moralis potest considerari duo obiecta. Vnum est exterioris actus, & obiectum interioris. Quæ dicitur quandoque sunt vnum, puta, cum aliquis intendit ad aliquem locum vadit illic, quandoque uero diuersa, & contingit quod alterum est bonum, & alterum malum, sicut cum aliquis dat elemosinam, intendens placere hominibus, obiectum exterioris actus bonum, obiectum autem interioris actus est malum, & quia actus exterior constituitur in genere mortali, quantum est voluntarius, oportet quod formaliter consideretur species moralis actus secundum obiectum exterioris actus. Nam species actus consideratur secundum obiectum. unde Philo. dicit in 3. Ethico. quod qui ut mochetur furatur, magis est mochetus quam fur. Sic ergo aliquis actus exterior, qui secundum materiam suam, quam habet ab obiecto interiori, est peccatum veniale, secundum obiectum interioris actus, quod in specie mortali peccati: sicut cum aliquis dicit uerbum otiosum intendens prouocare ad libidines, contingit etiam, quod aliquid est secundum se peccatum veniale non propter obiectum, sed propter intentionem suam, puta, motus concupiscentie in aduerbium, qui est in sensualitate est quidem quodammodo obiectum in genere peccati mortali: sed quia non est ad malitiam moralem, quia est in intentione, ideo non potest esse peccatum mortale, quod est completum malum in genere moris, contingit autem tale peccatum fieri mortale, si intentione obtineat, puta, superueniente deliberatione sensu ronis. Si uero tertio modo, intelligatur quod

endum est, qd dicitur quide & efficiet multa pta uenialia no faciunt unum ptem mortale: ita. f. qd multa pta uenialia habeat reatum unius pti mortalis, qd patet duplici rone. Primo qdem qa quodocumq; ex multis aggregatis fit aliquod unum, oportet esse eade rone quantitate utrobique, sic aut ex multis paruis lineis fit una linea: ubi uero est alia ro quantitate ex multis no fit unum. No. n. ex multis numeris fit una linea, nec e conuerso. ptem aut ueniale no hec eandem rone magnitudinis cum mortali. Na quantitas pti mortalis est p auersione a fine ultimo, quantitas aut pti uenialis est fm aliqua deordinatione circa ea, qd sunt ad finem. secundum qa ueniale ptem no dimittit charitate, ut dictu est supra, qa ptem mortale tollit. Dispositiue tm mala uenialia inducunt ad mortale faciendum: qa ex multiplicatione actuum generat habitus, & crescit auaritia & delectatio in peccato, & intantum potest crescere qd facilius inclinatur ad peccandum mortaliter. Tamem ista dispo no prae exigitur ex necessitate ad peccatum mortale: quia et uenialibus non pcedentibus potest homo peccare mortaliter, & p dicta dispositione uenialium pcedente p charitate, potest homo peccato mortali resistere.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod multa peccata minuta occidunt dispositiue, ut dictum est, & similiter dicendum ad secundum.

AD TERTIUM dicendum, quod bona opera non disponunt ad peccatum mortaliter, sicut peccata uenialia disponunt: sed possunt esse occasio quadam per accidens.

AD QUARTUM dicendum, quod dispositio comparat ad habitum, sicut imperfectum ad perfectum: sed hoc contingit dupliciter. Vno modo, quod perfectum & imperfectum sunt in eadem specie, & sic dispositio fit habitus. Alio modo sic quod perfectum, & imperfectum sunt in diuersis speciebus, & sic dispositio nunquam fit illud ad quod disponit. Non enim calor fit forma ignis, & similiter nec peccatum ueniale fit mortale.

AD QUINTUM dicendum, quod ille motus qui fit in sensualitate peccatum ueniale, nunquam fiet mortale peccatum: sed ipse consensus superueniens erit peccatum mortale per se.

AD SEXTUM dicendum, quod surreptio infidelitatis non semper est in superiori ratione: sed quandoque potest esse in imaginatione, puta, cum aliquis imaginatur tres personas in diuinis sicut tres homines, & mouet subito ad credendum. Quandoque autem in ratione inferiori, puta, cum aliquis considerat aliqua in creaturis repugnata fidei Trinitatis. Quandoque autem in superiori ratione, puta, cum aliquis subito immediate incipit cogitare de trinitate personarum in diuinis, talis surreptio est in superiori ratione, & est peccatum ueniale. Consensus autem superueniens est alius motus: & ita non sequitur quod sit idem peccatum ueniale & mortale.

AD SEPTIMUM dicendum, quod persona est permanens, & ideo potest in altiore gradum moueri: sed peccatum est actus statim transiens, unde non est simile.

AD OCTAuum dicendum, quod ludus extremus occupat extrema gaudij, non cuiuslibet: sed eius gaudij quo quis fruatur creatura.

AD NONAM dicendum, quod peccatum mortale ex suo genere semper est mortale, & nunquam fit ueniale peccatum, si accipiat ueniale ex genere. Quod autem est poenitentia facere de mortali peccato ueniale, equiuoce sumitur ueniale: sicut patet per distinctionem uenialis supra positam.

AD X. dicendum, quod minimum bonum potest intelligi in genere actuum humanorum actus, qui est bonus ex genere: sed non est meritorium, quia non est gratia informata: hic autem actus idem numero nunquam fit actus meritorium, qui potest dici maximum bonum in genere humanorum actuum, sicut nec ueniale unquam fit mortale.

A rtorius, qui potest dici maximum bonum in genere humanorum actuum, sicut nec ueniale unquam fit mortale.

AD XI. dicendum, quod aritudo, sicut & sanitas, non est actus, sed dispositio uel habitus, unde eadem numero existens potest transferri de imperfectiori ad perfectiorem: sed peccatum est actus transiens, & ideo quantum ad hoc non est simile: sed similitudo attenditur solum quantum ad hoc, quod sicut languor est deordinatio naturae, ita peccatum est deordinatio actus.

AD XII. dicendum, quod cum ordo in angelis ponatur pars hierarchiae, quae est sacer principatus, manifestum est quod ordo essentialiter consistit in dono gratiae, & secundum differentiam donorum gratuitorum ordines distinguuntur: licet distinctio naturalium bonorum praesupponatur materialiter & dispositiue, sed notandum est quod donum gratiae potest considerari dupliciter. Vno modo, quantum ad hoc quod uenit Deo: & quantum ad hoc, non distinguuntur ordines angelorum: sed omnes conueniunt. Unde Dionysius dicit, quod tota hierarchia angelorum est ad Deum quantum possibile est similitudo, & unitas. Alio modo, potest considerari donum gratiae in quantum ordinatur ad opus: & secundum hoc gratia diuersificatur in diuersis ordinibus, prout ad diuersa officia ordinantur homines autem ad hoc dicitur assumi ad ordines angelorum, non ratione officiorum: sed propter mensuram gloriae & fuitonis diuinae, unde non sequitur, quod in omnibus gratia specie differat secundum diuersum perfectionis statum.

AD XIII. dicendum, quod in statu innocentiae homo non poterat uenialiter peccare, non quidem ita, quod non posset facere ea quae sunt uenialia ex genere quae sibi essent mortalia: sed quia omnia illa quae sunt uenialia ex genere facere non poterat. Non enim poterat in eo esse inordinatio in inferioribus circa ea, quae sunt ad finem: nisi praecederet in eo inordinatio in superiori parte respectu finis.

AD XIV. dicendum, quod actio ministri & actio domini ex diuersa uoluntate procedit, unde moraliter non est una actio.

AD XV. dicendum, quod in omnibus ponderibus corporalibus est una ratio quantitatis: non autem in peccato mortali & ueniali, unde ratio non sequitur.

AD XVI. dicendum, quod uir gustans de ligno scientiae boni & mali, fecit contra praecipitum diuinum, & ideo peccauit mortaliter, & similiter ratio superior quoad opus peccat, faciens contra praecipitum diuinum, peccat mortaliter: sed non semper peccat contra praecipitum diuinum, & ideo ratio non sequitur.

AD XVII. dicendum, quod illud est falsum quod proponitur, scilicet si habitus est damnabilis & actus, peccatum enim mortale non consistit in habitu, sed in actu. Unde si ex multis actibus peccatorum mortalium generetur aliquis habitus, non oportet quod omnis motus, qui sequitur ex inclinatione illius habitus, sit peccatum mortale. Nullus enim est habens ita confirmatum habitum luxuriae, uel alterius uitij, quin aliquando secundum rationem motibus eius resistat: & tamen stultum esset dicere, quod talis motus imputaretur ad peccatum mortale ei qui resistit, unde licet habitualis concupiscentia sit damnabilis in infidelibus, nondum baptizato: non tamen oportet quod quilibet motus concupiscentiae sit damnabilis per modum peccati mortalis, & tamen fomes non dicitur concupiscentia habitualis dispositiue: sed priuatiue, sicut supra dictum est, per memoriam, scilicet originalis iustitiae, unde motus qui sequitur ex ipsa potentia naturali, non oportet quod semper sit peccatum, ne dum quod sit peccatum mortale: Non est

Quest. dif. S. Tho. T ergo

finem ergo
io triplicem
modo potest
in numero
fieri mortale
atum, quod
modo fit
gi ueniale
tum mortale
cenduntur
ri mortale
d nuncio
ter, oportet
um mortale
em ad hoc
ced.
undum potest
actus est
e naturae
est in genere
is, puta, si
ma partem
nda uero
de in uocari
arte fit ueniale
mortale, si
cipit opus
i, puta, si
od: sed sic
est unum
garur quod
quod est
atum mortale
d cuiusmodi
us exteriori
voluntate
blicitate
oris. Quia
a aliquando
log, ueniale
onum, de
mofym
rioris actus
actus est
mere mortale
formaliter
obiectum
deratur
Ethico, quod
mortaliter
cundum
ri, est
ctus, cum
quis ad
libidinem
n se peccat
per impetum
ntia in ad
m quoniam
ed qua motus
ia est
peccatum
re mortale
ale, si
liberatur
lligatur
conferat

Ca. 1. celestis hierar.
D. 75.
D. 101.
q. 5. artic. 1. & 2.

ergo dicendum, qd motus primi sensualitatis in infidelib. sint peccata mortalia, quia multo magis essent peccata mortalia fidelib. quia in vno & eodem actu plus peccat fidelis, q infidelis ceteris parib. ut patet per illud Apostoli ad Heb. 10. Quanto puratis eu de teriora mereri supplicia, qui sanguine testamēti pollutum duxerit; & secunda Petri 2. dicitur, Melius erat eis viam veritatis nō cognoscere, quā post agnitam retroire ab eo, quod traditum erat illis sancto mandato.

Ad argu. in contrariū. In corp. ar.

Ad ea vero quae in contrarium obijciuntur, patet ex dictis responsio ex his quae supra dicta sunt.

ARTICVLVS IIII.

Utrum circumstantia faciat de peccato ueniali mortale.

Q VARTO quaritur, utrum circumstantia faciat de peccato veniali mortale. & vñ qd sic. Dicit enim Aug. in Sermone de purgatorio, qd si diu teneatur iracundia, & ebrietas si assidua sit, transeunt in numerum mortalium peccatorum: sed huiusmodi sunt peccata uenialia ex suo genere, alioquin semper essent peccata mortalia, ergo peccatū veniale ex circumstantia assiduitatis, uel diuturnitatis fit mortale.

Serm. 4. in die animarū aliquantū a principio to. 10.

Li. 4. dist. 24.

¶ 2. Præ. Delectatio morosa est peccatū mortale, ut Magist. dicit 24. dist. 2. lib. Sentent. sed si non sit morosa, est veniale peccatum, ergo circumstantia morositas facit de ueniali peccato mortale.

In post prædicam. c. 4. de oppositis in fine. tom. 1.

¶ 3. Præ. Plus differunt bonum, & malum in actibus humanis, quam peccatum ueniale & mortale: quia bonum & malum differunt genere. Sunt enim genera aliorum, ut dicitur in Pradicamentis. peccatum autem ueniale & mortale. cum utrumque sit malum, conueniunt in genere: sed circumstantia facit de bono actu malum, ergo multo magis circumstantia facit de peccato ueniali mortale.

Ar. præced.

¶ 4. Præ. Inter alias circumstantias ponitur propter quid, quæ quidem circumstantia pertinet ad finem: sed propter finem peccatum ueniale fit mortale, ut dictū est, ergo circumstantia de ueniali facit mortale.

1. 2. q. 88. art. 5.

SED CONTRA, circumstantia est accidens actus moralis, sicut ipsum nomen sonat. sed esse mortale peccatum pertinet ad speciem peccati, cum ergo nullum accidens constituat speciem eius, cuius est accidens, videtur qd circumstantia non possit de ueniali peccato facere mortale.

In art. præcedent.

RESPON. Dicendum, qd actus moralis dicitur bonus, uel malus ex genere sū suum obiectum. Supra hanc autem bonitatem, & malitiā potest ei duplex bonitas uel malitia aduenire: una quidem ex intentione finis, alia circumstantia. & quia finis est primum obiectum uoluntatis, ideo interior actus consequitur speciem ex fine. & si interior actus ex fine habet rationem peccati mortalis, transibit actus exterior in speciem interioris actus, & efficietur peccatum mortale, sicut supra dictum est: sed circumstantia non semper dat speciem actui morali: sed solum tunc quando nouam deformitatem addit ad aliam speciem peccati pertinentem, puta, cum aliquis super hoc quod accedit ad non suam, accedit ad eam quæ est alterius, & sic incidit ibi deformitas iniustitiæ. unde illa circumstantia dat nouam speciem, & proprie loquendo iam non est circumstantia: sed efficitur specifica differentia actus moralis. Si ergo circumstantia ad dita addat talem deformitatem, quæ sit contra præceptum Dei, tunc faciet id, quod est ueniale ex genere esse mortale. Id ergo, quod est peccatū ueniale ex genere, non potest fieri mortale, per

F circumstantiam, quæ manet in ratione circumstantie, sed solū circumstantia, q transit in aliam speciem, sed cōtingit qñque qd aliqd est ueniale non ex suo genere. s. ex parte obiecti: sed magis propter imperfectionem actus, quia nō pertingit utque ad deliberatum consensum rationis, qui complet rationem moralis actus. & tunc talis circumstantia, quæ est completiua moralis actus, facit de ueniali peccato mortale, puta, deliberatus consensus superueniens.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iracundia non potest per se nocere proximo. Inferre enim nocentem proximo nocentem ex suo genere, est peccatum mortale, quia repugnat charitati quantum ad dilectionem proximi: sed quando motus iracundie appetit inferiori, & ratio non consentit ut nocentem graue proximo inferat, est peccatum mortale propter imperfectionem actus: sed si diu tenetur, non potest esse quin deliberatio rōnis superueniat. Intellegitur autem teneri diu non quod actus que diu durat: sed quia potest aliquis per rationem resistere, & tunc motus iracundie non tenetur diu si duret. Similiter dicendum est de ebrietate ebrietas quantum in se est, auertit rationem a Deo in actu, ut scilicet ratio ebrietate durate non possit in Deum conuerti. & quia homo non tenetur rationem suam semper in Deum conuertere actu, propter hoc ebrietas non semper est peccatum mortale: sed quando homo assidue inebriatur, videtur quod non curet, q ratio sua cōuertatur ad Deum: & in statu tali ebrietas est peccatum mortale. In enim uidetur qd conuersionem rationis ad Deum contemnat propter delectationem uini.

AD SECUNDUM dicendum, quod si similiter dicendum est de delectatione morosa, sicut & de delectatione diu manente.

AD TERTIUM dicendum, qd circumstantia quando transfert bonum actum in malum, constituit nouam speciem peccati, & sic transfert in alioquin nus moris, & in tali etiā casu potest de ueniali peccato facere mortale.

AD QUARTUM dicendum, quod finis in quantum est obiectum actus, dat speciem actui morali: sed ratione potest facere de ueniali mortale.

ARTICVLVS V.

Utrum in ratione superiori possit esse ueniale peccatum.

Q VINTO quaritur, utrum in ratione superiori possit esse ueniale peccatum. & videtur qd non. Dicit enim Aug. in 12. de Trini. quod ratio superior inhaeret rationibus aternis, ex quo videtur quod in ratione superiori non sit peccatum, nisi per auersionem a rationibus aternis: sed omnino peccatum est peccatum mortale, ergo in ratione superiori non potest esse peccatum, nisi mortale. ¶ 2. Præ. Peccatum in aliqua potentia non potest esse nisi p aliquā deordinationem actus in comparatione ad suum obiectum, sicut peccatum in actu videtur potentia esse non potest nisi per comparationem ad colorem: sed obiectum superioris rationis est ratio nis ultimus, quod est bonum aeternum, ergo peccatum in superiori ratione esse non potest, nisi per deordinationem circa finem ultimum: sed mortale peccatum est peccatum mortale. Nam ueniale peccatum est circa ea quæ sunt ad finem, mortale vero circa finem, ut supra dictum est, ergo in ratione superiori non potest esse peccatum, nisi mortale.

¶ 3. Præ. Superior rō est q participat lumine gratie sed lux græ uirtuosior est, q lux corporalis. lux corporalis